καὶ πολιτείαν καθίστασαν. ἐπεὶ δὲ χείρους γιγνόμενοι ἐχρηματίζοντο ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἐντεῦθέν ποθεν εὔλογον γενέσθαι τὰς ὀλιγαρχίας· ἔντιμον γὰρ ἐποίησαν τὸν πλοῦτον. ἐκ δὲ τούτων, πρῶτον εἰς τυραννίδας μετέβαλλον. ἐκ δὲ τῶν τυραννίδων, εἰς δημοκρατίαν. ἀεὶ γὰρ εἰς ἐλάττους ἄγοντες δι' αἰσχροκέρδειαν, ἰσχυρότερον τὸ πλῆθος κατέστησαν, ὥστ' ἐπιθέσθαι, καὶ γενέσθαι δημοκρατίας. ἐπεὶ δὲ καὶ μείζους εἶναι συμβέβηκε τὰς πόλεις, ἴσως οὐδὲ ῥᾴδιον ἔτι γίγνεσθαι πολιτείαν ἑτέραν παρὰ δημοκρατίαν. εἰ δὲ δή τις ἄριστον θείη τὸ βασιλεύεσθαι ταῖς πόλεσι, πῶς ἕξει τὰ περὶ τῶν τέκνων; πότερον καὶ τὸ γένος δεῖ βασιλεύειν; ἀλλὰ γιγνομένων ὁποίων τινὲς ἔτυχον, βλαβερόν. ἀλλ' οὐ καταλείψει τοὺς υἱεῖς διαδόχους ὁ βασιλεύς, ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τοῦτο ποιῆσαι; ἀλλ' οὐκ ἔτι τοῦτο ῥᾴδιον πιστεῦσαι· χαλεπὸν γὰρ, καὶ μείζονος ἀρετῆς ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν. ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τῆς δυνάμεως, πότερον ἔχειν δεῖ τὸν μέλλοντα βασιλεύειν ἰσχύν τινα περὶ αὐτὸν, ᾗ δυνήσεται βιάζεσθαι τοὺς μὴ βουλομένους πειθαρχεῖν· ἢ πῶς ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν διοικεῖν. εἰ γὰρ καὶ κατὰ νόμον εἴη κύριος, μηδὲν πράττων κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν παρὰ τὸν νόμον, ὅμως ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτῷ δύναμιν, ᾗ φυλάξει τοὺς νόμους. τάχα μὲν οὖν τὰ περὶ τὸν βασιλέα τὸν τοιοῦτον, οὐ χαλεπὸν διορίσαι· δεῖ γὰρ αὐτὸν μὲν ἔχειν ἰσχύν· εἶναι δὲ τοσαύτην τὴν ἰσχὺν, ὥστε ἑκάστου μὲν καὶ ἑνὸς καὶ συμπλειόνων, κρείττω, τοῦ δὲ πλήθους, ἥττω· καθάπερ οἵ τ' ἀρχαῖοι τὰς φυλακὰς ἐδίδοσαν, ὅτε καθισταῖέν τινα τῆς πόλεως ὃν ἐκάλουν αἰσυμνήτην, ἢ τύραννον· καὶ Διονυσίῳ τις, ὅτ' ᾔτει τοὺς φύλακας, συνεβούλευε τοῖς Συρακοσίοις διδόναι τοσούτους τοὺς φύλακας.

Κεφάλαιον ις.

Περὶ δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν πάντα πράττοντος, ὅ τε λόγος ἐφέστηκε νῦν, καὶ ποιητέον τὴν σκέψιν. ὁ μὲν γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεὺς οὐκ ἔστιν εἶδος, καθάπερ εἴπομεν, πολιτείας. ἐν πάσαις γὰρ ὑπάρχειν ἐνδέχεται στρατηγίαν ἀΐδιον, οἷον ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ· καὶ πολλοὶ ποιοῦσιν ἕνα κύριον τῆς διοικήσεως. τοιαύτη γὰρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ περὶ Ὀποῦντα δὲ, κατά τι μέρος ἔλαττον.

A quiddam quærentes reſpublicas conſtituere. Cùm verò deteriores facti, lucrum ſibi quærerent ex gubernatione reipublicæ, paucorum hinc potentiam exortam fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim diuitias: ex his verò in tyrannides tranſfere: ex tyrannidibus rurſus ad plebem, ſemper enim ad pauciores redigentes, propter quæſtus cupiditatem, multitudinem corroborauerunt, vt tandem inſurgens multitudo ad popularem ſtatum ciuitates B redegerit, factis inſuper maioribus ciuitatibus, nõ facile eſt aliam quàm popularem gubernandi ſpeciem remanere. Si autem quis ponat optimum eſſe ciuitatibus à rege gubernari, quomodo fiet in filiis? vtrum per genus erit ſucceſſio? At ſi nato-rum qualeſcunque, pernicioſum eſt. Sed dices, non relinquet regnum huiuſmodi natis rex, cùm id in ſua ſit poteſtate. At C non facile iam eſt in hoc fidem habere: arduum enim ac maioris virtutis, quàm ſecundum humanam naturam. Quæſtio eſt etiam vtrum habere debeat qui regnaturus eſt, circa ſe potentiam quandam, qua poſſit compellere non parentes, vel quomodo gubernationem exercebit? Si enim habeat poteſtatem à legibus conceſſam, & nihil ex voluntate ſua faciat præter leges, tamen neceſſaria erit ſibi potentia, per quam leges tueri queat. For-D ſan quidem de huiuſmodi rege non difficile eſt determinare. nam oportet ipſum vires habere, ſed tales vt vnoquoque ſeparatim & ſimul pluribus potentior ſit, populo tamen ſit impotentior: vt antiqui ſolebant cuſtodias ciuitati dare, cùm aliquem ciuitati præfeciſſent, quem Æſymnetam vocitabant, vel tyrannum. Et Dionyſio poſtulanti circa ſe habere aliquos E cuſtodiæ cauſa, conſuluit quidam, Syracuſanis tot eſſe dandos.

CAPVT XVI.

Verùm de eo rege, qui cuncta ex voluntate ſua gerit, conſideratio nunc eſt facienda. nam ille qui ſecundum leges dicitur rex, non facit (vt diximus) regiæ gubernationis ſpeciem, quia in cunctis re-F buſpublicis cadere poteſt vt ſit quidam ducendo exercitui, cùm ciuitas bellum gerit, perpetuò præfectus puta in populari ſtatu, & optimatium gubernatione, pluréſque autoritatem vni committunt belli gerendi. Eſt autem talis quædam deputatio apud Doracium, & apud Sypontinos: